



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. Matris Teresæ, De Iesv Fvndatricis Monasteriorvm Monialivm & Fr. Carmelitarum discalciatorum ex prima regula

Ribera, Francisco de

Moguntiaë, 1603

Epistola Admodvm Reverendi P. Antonii Posseuini Societatis Iesv, Ad R. P.
Bartholomævm Mirandam Magistrum sacri Palatij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43365

EPISTOLA

ADMODVM RE-

VERENDI P. ANTONII

Posseuini Societatis

JESV,

AD R. P. BARTHOLOMÆVM

Mirandam Magistrum sacri

Palatij.



IRCA opera Matris Tereſæ de Jeſu, placuit R. ſuæ Pater-
nitati me requirere vt lege-
rem, daremq; in hoc meum
iudiciũ, ſi in lingua Italica imprimi de-
berent. Primo dico me ſuę diuinę Maie-
ſtati humiles agere gratias, quod huius-
modi medio dignata ſit, occaſionem mi-
hi præbere, vt illa viderim: ſentio enim
quales fructus inde percipere potero, ſi
alioqui ad illas ſanctas & pias adhorta-
tiones attendere voluero. Deinde ego
iudico, ad magnam Dei gloriam futurũ
ſi in lingua Italica imprimuntur, ex quo
Spiritus ſanctus cor, & ſcribendi calamũ
iſtius virginis ita dirigit, vt non aliud,
quam in ſalutem animarum, ſpecialiter

B

Reli-

Religiosorum & Religiosarum, admirabilis quedam utilitas expectanda sit. Sinceritatem illam, humilitatem, spiritus prudentiam qua scribit, effectus qui subsequuti sunt, & indies subsequuntur, eius vitæ sanctitatem, lucidissimum proponendi modum, altissima quæq; & eminentissima explicando, omnia illa, prout teneo, Deus Opt. Max. ex speciali gratia exhibere hisce vltimis temporibus voluit, vt inde corda fidelium ad cœlestia meditanda excitentur, ad mundi contemptum animentur: & aduersa non timeantur, dumodo per orationem cum Deo viuimus: qui dignatur nos illuminare & inflammare per eiusmodi occasionem. Translatio est plana, facilis, & facta cum spiritu per piam & religiosam personam. Ex nostris ædibus 20. Januari 1592.

*S. R. P. seruus in
Christo*

*Antonius Possevinus
Societatis Iesu.*

J M P E.